

August Varenius Johann Georg Hoffmann

Verbum Caro Factum Est seu Dissertatio De Incarnatione Verbi, ex Cap. I. Johann. v. 14

Rostochii: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740891952>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 12.Dez. 1671

Varenius, August

Hoffmann, Joh. Georg.

בש הקבר

VERBUM CARO FACTUM EST

seu
DISSERTATIO

De

INCARNATIONE VERBI,

ex

CAP. I. JOHANN. v. 14.

Quam

Jussu Venerandæ Facultatis Theologicæ Rostochiensis

PRO LICENTIA

Gradum DOCTORIS assumendi

SUB PRÆSIDIO

DN. AUGUSTI VARENI,

Serenissimorum Ducum Mecklenburgicorum

Consistor. Assessor. Doctoris & Professoris Theologi

in hac Universitat. ac Collegii Theologici DECANI

spectabilis,

DN. Præceptoris Patroni & Hospitis mihi ætatem devenerandi

SOLENNITER VENTILANDAM

proponit

JOHANNES GEORGIUS Hoffmann, C.M.

Eccles. Witstoch. vocatus Pastor & Inspector,

ad diem XII. Decembr.

horis inde ab 8. Ante- & post-meridianis in Auditorio Majori

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1671.

VERBUM CANONICUM EST
DISSERTATIO
DE
INCARNATIONE
VERBI

CAP. JOHANN. WILH.
PROFESSOR
ORDIN. DOCTORIS
SACR. THEOL.
DE
IN AUGUSTI VARENI
SEMINARIUM DUCUM
Gent. for Abbe de
in the



שש

DISSERTATIO
De
INCARNATIONE
FILII DEI

ex CAP. JOHAN. I. v. 14.

הקדמה



Mysterium Incarnationis Salva-
toris nostri JESU CHRISTI à
veridicò divinatorum Secretorum
Interprete JOHANNE Augusti
Epist. 168. descriptum CAP. I.
14. interpretari jubemur. Jure
optimò de hoc dicere possu-
mus, quod D. Hieron. in Epist.
ad Paulin. de מן קריי s. Levitico
scribit: Singulas penè Syllabas in
eo cœlestia spirare mysteria. A gentium enim Doctore,
Paulo Rom. XI. 13. ὁμολογεμένως μέγα τὸ τῆς εὐσεβείας μυστή-
ριον vocatur, I. Tim. III. 16. In quod & ipsa Astra matutina
Job. XXXIIX. 7. desiderant πνευματικά I. Petr. I. 12. cum
juxta BB. patres ὑπὲρ ἄλλων, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ πάντων κατέληψιν
A 2 sit.

fit, Utinam eâ diligentia illud explicare possimus, quam abstrusæ hujus arduæque materiæ dignitas requirit. Ἐπισημως quidem δυνάμει τῆς ψίχης secundum Euseb. lib. X. demonstr. c. 8. Bernhard. Homil. IV. super Mis-
sus est. Chemnit. lib. 1. Harm. c. 4. nos deducit, ad seriã & temerariã perscrutatione dehortationem. Ne scilicet modum ἐπισημώσεως temerè scrutemur, meminerimus *Nubem quasi esse interpositam & obductam*, quam per-rumpere minimè debeamus. Duce verò *Verbo DEI* quod לְנִתְיָבְתִי לְרַגְלֵי וְאוֹר נִרְאֶה Psalm. CXIX. 105. ad explica-
tionem nos accingemus; Idque eò lubentius, cum tempus instet in quo

--- *Festa dies totò venerabilis orbe*

Quà DEUS ex castâ virgine natus homo

solemniter in Ecclesiis nostris celebratur. Quod, ut ri-
te fiat de INCARNATIONE, prout ceteroqui con-
ceptio, ordine & lege Naturæ priorem temporis termi-
num sibi præ NATIVITATE vendicante, impræsentia-
rùm agere & differere volumus. O!

רַבֵּר יְהוּדִי שִׁפְתָי תִפְתַּח וּפִי יִגִּיד תְהִלָּתְךָ

CAPUT I.

exhibens

Textum & Subjecti explicationem.

Sectio I.

καὶ ὁ λόγος ΣΑΡΞ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.

וּמִלְתָּנוּ בְסָרְוֵי הוּוּ וּמָגֵן בֵּן

Et VERBUM CARO factum est: Et habitavit in
Nobis.

Divinâ

Divinâ adfistente gratiâ hunc textum scrutari Joh. V.
39. conamur, ita, ut *Subjectum & predicatum* enucleetur.
De hoc CAP. II. de Illo hîc

Sectio II.

§. I.

Subjectum est ὁ ΛΟΓΟΣ, quod vocabulum aliâs Græcis, quin &
in ipso N. T. codice, ex numero τῶν πολλαχῶς λεγομένων est.

§. II.

Nonnunquam, ut famosiores nunc saltim recenseamus signifi-
cationes, denotat 1. λόγον ἐμψυτον, qui est Ratio hominis sive Facul-
tas intelligendi. 2. ἐνδιάθετον vel intus positum, qui nihil aliud est,
quàm *Conceptus Mentis*, seu *Cognatio Cordis*, quæ est velut interna
quædam *dictio*. 3. προφορικὸν *prolatum*, verbum notans aut *dictio-*
nem, quam voce vel scripto exprimimus, Basil. homil. in princip. Evang.
Johann. p. 199. edit. Græc. Τὸ λόγος διὰ τὴν τῆς ἐστὶν ἔννοια, ὃ μὲν γὰρ
τῆς ἔστιν ὁ λόγος τῆς φωνῆς περιφερόμενος &c. ὃ δὲ τῆς ἔστιν ὁ ἐνδιά-
θετος ἐνυπάρχων ἡμῶν τῆς καρδίας ὁ ἐννοηματικός. 4. Ἰσως τιτὸν
personale quæ in loco præfenti suppositio vocis est, quomodo etiam
Filio Dei secundæ Trinitatis personæ in V. T. tum à fonte ipso, tum
à paraph. Chald. tribuitur רבֿרֿיהוה & מִימֿרֿוֹ דִּיהוה scriptis cœffentialem patris Filium denotat. Genes. XXIV. 3. I. Sam.
III. 21. II. Sam. VII. 20. Esai. VIII. 5 XLV. 17. Ose. I 7. & alibi. Forte
exinde Muhammed impostor JESUM filium Isai in suo Al-corano
surata Alomrahn *كلّمه الله* Verbum DEI קחלה קוּפ
Sermonem verum appellavit. vide sis Levini Warneri *Compend. Histor.*
eorum quæ Muhammedani de Christo & præcipuis aliquot Religionis Chri-
stiane Capp. tradiderunt.

§. III.

Duplici verò respectu appellatio τὸ λόγος Filio Dei com-
petit. I. Κατ' ἔξω idque duobus modis. 1. propter *Creationem*
& *sustentationem*, quia hic λόγος decretum patris de rebus crean-
dis ipso efficaci opere enunciavit, & *portas omnia verbò virtutis suæ.*
Psal: XXXIII. 6. Joh. I. 1. 2. propter *Voluntatis divinæ revelatio-*
nem in V. & N. Testament. factam. Joh. III. 11. 32. 33. Apoc. XIX.
13. eonfer, Johan. I. 18.

A 3

§. IV.

§. IV.

II. Καὶ ἴσω secundum internum & æternum respectum, duobus modis 1. propter *Æternam à patre generationem*, Fulgent. lib. III. ad Monim. Mens cogitando, verbum intra se generat, & sic generat verbum de se, ut genitum habeat apud se. Sic verbum divinum in ipso patre manet, à quo gignitur. Basil. l. c. p. 200. Δια γι λόγⓄ; ἵνα δειχθῆ, ὅτι ἐκ ἑνὸς γενήθη. Δια τί λόγⓄ; ὅτι ἀπαδῶς ἐγενήθη. Δια γι λόγⓄ, ὅτι εἰκὼν ἔγενήσατο, ὅλον ἐν εαυτῷ δεικνύς τὸν γενήσαντα &c. Et post pauca: λόγον ἔνεπεν, ἵνα τὴν ἀπαθῆ σοι γένεσιν ἔπαρξῃς, καὶ τὴν θέλειαν ὑπαρξῆν σοι ἔνις θεολογήσῃ, καὶ τὴν ἀχρονον συνάφειαν ἔνις πᾶσι παρέρα διὰ τῶν ἐνδείξεσιν. 2. Propter *æterni decreti rationem*, quia decretum redemptionis & salvationis hominum antemundum conditum in ἴσῳ λόγῳ incarnando factum. Ephes. I. 4. II. Tim. I. 9. vide. Gerb. Disput. 1 sag. V.

§. V.

Quod verò hic nulla alia, quàm secunda Trinitatis Persona ab æterno à Patre genita Psalm. II. 7, Proverb. VIII. 22. isque Θεοῦ DEI Filius intelligatur; probari potest argumentis tum *Theoreticis* comparativè, salvo illo quod tota Theologia sit practica, tum *practico*, ex v. 1. 2. 3. hujuscap.

§. VI.

Theoreticis 1. A veritate existentie ab æternitate ἢ ἐν Ἀρχῇ (neque enim de principio predicationis; sed creationis vocem Ἀρχὴν intelligendam, & res ipsa clamat & infra probatur.) 2. A distinctione personali. Erat apud DEUM. 3. Ita ut esset ipse DEUS. *practico*, ab opere Creationis. Παντὰ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο ἃ δὲ ἐν ὁ γέγονεν. Hinc Argumentum.

§. VII.

Quicumque 1. est ab æterno 2. apud DEUM ita 3. ut dicatur esse ipse DEUS, per quem omnia facta sunt, ille est Naturâ verus & æternus DEUS. Atqui ὁ λόγⓄ &c. Ergo est verus & æternus DEUS.

§. IIX.

Major præter evidentiâ textus, probatur, quia Scripturæ solenne est

ne est aeternitatem describere per existentiam ante mundum conditum Psalm. XC. 1. 2. II. Tim. I, 9. Ebr. XIII. 8. 21. Joh. XVII. 5. Christus habuit gloriam apud Patrem priusquam esset mundus. At dubio procul ab aeterno gloriam illam habuit. Ephes. I. 4. Electus sumus ante jacta mundi fundamenta &c. At dubium nullum, nos ab aeterno electos esse I. Pet. I. 20. Inde Concilium Nicenum recte sic concludit. *Christus est Filius DEI unigenitus, natus ante omnia secula. Ergo est patri ουαιδι* &c. Minor est Evang. Johannis.

S. IX.

Hoc Argumentum suo jubare infausti illius *Faussti Socini* oculos adeo perstrinxit, ut quamvis alias divinitatem Christi aeternam neget, tamen in *defens. animadvers. pag. 105.* scribat, *Non negaverimus Johannem, cum Christum λογος appellavit, ad id etiam respicere potuisse, quod DEI verbo caelos factos fuisse scriptum est* Psalm. XXXIII. 6. *id quod PETRUS ad terram quoque accommodat.* II. Epist. III. 5. Addit quidem glossam violentam, videns per hanc concessionem nostrae causae plurimum accedere; nempe de *Novu Caelu & nova terra* id intelligendum esse Esai. LXVI. 22. At hanc coactam expositionem Johannes ipse redarguit v. I, 2, 3. quippe, qui non respectu quodam typico, sed sensu literali agit de creatione prima, tam verè, quam ipse Moyses & David, qui sanè historiam rei gestae describunt, non vaticinium rei futurae proponunt. Et quia ο λογος non accepit existendi initium, quando initium temporis cum opere creationis coepit, sed jam tunc erat, proinde etiam respectus ad aeternam generationem in hac appellatione habetur.

S. X.

Valentinus Smalcius *Gotha Thuringus caetus Racoviensis in Polonia minori minister in exam. 157. error. errore 3. p. 4* vim hujus argumenti elidere conatur per tropi figmentum. *Quia inquit: Christus non tantum Verbum: sed verbum DEI, immò non verbum, sed Sermo DEI appellatur (An λογος hinc recte per Sermonem reddatur, vid. Augustin. l. 83. q. 63. & lib. XV. de Trin. cap. 15. λογος & rationem & verbum significat. Sed hoc loco melius verbum interpretamur, ut significetur non solum ad patrem respectus: sed ad illu*

ad illa omnia, quæ per verbum facta sunt, operativa potentia. Ratio autem, etiamsi nihil per eam fiat, recte ratio dicitur.) In DEO autem verbum vel sermo proprie acceptus nullus sit, Verbum enim vel Sermo proprie acceptus aliquid est evanescens, consequens est, Christum verissime illis nominibus appellari, vel per Metaphoram, vel per Metonymiam, quomodo etiam jam janua, via, lux; jam Vita, Veritas, resurrectio appellatur

§. XI.

Verum sicut Generatio Filii non est Metaphorica: sed propria, immò maximè propria, ita quoque appellatio Verbi non Metaphoricè, sed propriè Filio DEI convenit. Nihilo tamen minus manet infinitum discrimen, inter verbum humanum, & hoc verbum divinum, nec statuendum, quod eadem omninò sit generationis filii à patre, in divinis ratio, quæ est nostræ cogitationis à mente: Siquidem quæ vocabula simul de humanis ac divinis usurpantur, ea, secundum Thomam de Aquino distinct. 4. q. 1. Graver. Disput. Illustr. p. 138. Kesler Logic. Photin. membr. IV. Can. 1, p. 32. ab omni imperfectione repurganda, & quod perfectissimum est, DEO relinquendum. Verbum humanum equidem initium habet temporis: sed divinum hoc verbum est ἀρχον ἢ ἀίδιον. Illud est accidens ac quatenus est ἡχοειδὲς, sonus evanescens, hoc verò substantia in æternum subsistens. Illud naturà differt à producente, hoc est patri ἰσοδύναμον. Illud virtute creandi destituitur, per hoc omnipotens verbum omnia sunt condita. Illud est multiplex, dimensum, finitum, vità carens, Hoc unicum, immensum, infinitum, vitam habens Sempiternam.

§. XII.

Hoc ipsum discrimen pii Veteres diligenter urgent. Tertullian. adv. Praxeam Cap. VII. p. 408. Quid est enim dices, Sermo, nisi vox & sonus oris, & (sicut Grammatici tradunt) aër offensus intelligibilis auditu, ceterum vacuum nescio quid & inane & incorporale? At ego nihil dico inane & vacuum de DEO prodire potuisse, nisi non de inani & vacuo prolatum, nec carere substantia, quod de tantà substantia processit, & tantas substantias fecit: fecit enim & ipse quæ facta sunt per illum. Ambros. lib. 1. de fide cap. 5. Aliud verbum est, quod tempora habet, quod syllabus colligitur, literisque componitur: non tale verbum Filius DEI, quia non talis pater est verbi.

Fulgent

Fulgent. *Serm. de Nativ. Verbum hoc non de finit prolatum, sed permanet natum, non transitorium, sed æternum, non factum à patre, sed genitum, nec solum genitum, sed etiam unigenitum.*

§. XIII.

Porro contra adductum argumentum inter alia, quæ *ὁν Θεῶν* in discursu datâ occasione diluemus, & hæc Photiniani proferunt sophisma:

Qui est apud DEUM, non est ipse DEUS ille, apud quem est,

Christus est apud DEUM qui pater est. Ergo

Non est ipse DEUS, qui pater est.

Socinus in *animadvers. adsertion. de Trino & uno DEO* p. 56. ita ait. *Præterea cum ὁ Θεὸς unus tantum sit, & de JESU CHRISTO sub τῷ λόγῳ sive verbi appellatione dicatur, eum fuisse apud τὸν Θεόν, quem ipsius patrem esse constat, nemo non videt, cum necesse sit, ut alius sit is, qui apud aliquem est, alius apud quem ille est. JESUM CHRISTUM ὁν Θεόν sive illum unum DEUM esse non posse, ob eamque rem æquè verum DEUM ac patrem ipsius non esse. Smalcus cap. 7. Refut Smiglec. novorum monstrorum. Et Homilia 1. Supra initium cap. 1. Job pag. 8. Jure colligi potest, Christum esse alium Deum, quam est Pater, vel illa Trinitas. Nemo enim apud se ipsum esse potest. Quod dein repetit Homil. 8. pag. 87.*

§. XIV.

Respondetur 1. supponendo, quod ipsi Sociniani concedant λόγον esse personam. 2. Patrem, apud quem λόγος erat, esse personam, & adeò personalem existentiam τῷ λόγῳ apud personam scilicet Patris. Igitur committitur fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter & fallacia dictionis. Confunditur acceptio Dei essentialis & personalis. Concedimus quidem Syllogismum hunc:

Qui est apud DEUM, non est ille ipse DEUS personâ nempe illâ qua DEUS est, apud quem est.

Filius est apud DEVM Patrem. Ergo

Non est ipse DEVS Pater

Verum exinde non sequitur, 1. Filium sive λόγον non esse DEUM. 2. Non esse æquè DEUM ac Patrem. Non illud: quoniam alius terminus est DEUS absolutè, alius DEUS Pater. Non hæc, siquidem

B

Filius

Filius potest esse verus DEUS, ut tamen non sit DEUS Pater. Declarabimus rem exemplo: *Qui est apud hominem, non est ille ipse homo. Titius, est apud hominem (Sejum). Ergo Titius non est homo, & non erit æquè homo quàm Sejus: Sunt sc. 4. termini in syll. & inde falsa conclusio, quoad utrumque membrum. Nimirum ita Major intellecta valet. Qui est apud hominem, non est illa humana persona, & is ipse homo, apud quem est. Atqui & poterit ipse homo esse, & æquè verus homo ac ille est, apud quem est. Sumitur enim homo vel indefinitely vel universaliter, vel singulariter, quò ultimò respectu homo apud hominem esse potest. Sic, si sumatur [in hypothesi loquendo] DEUS in Subjecto Majoris & ejus Prædicato sub notione communi toti S. Sanctæ Trinitati, falsa fuerit necesse est Minor propositio. Neque enim ὁ λόγος Filius dicitur esse apud DEUM ἡνίκως consideratum sine restrictione, verùm apud Patrem. Cum enim ex suppositione Fidei in uno DEO dentur plures personæ, quas inter media persona est ipse Filius, inde fit, ut terminus ὁ Θεός Deus, hîc supponat pro persona Patris, prout aliàs, ubi terminus est ita singulariter singularis, ut singularis essentia singulariter unica sit persona distinctione opus non est; ut: *Qui est apud Virgilium Poëtarum Principem, non est ipse Virgilius.* Hîc adhiberi non potest limitatio, vel distinctio in Majore, quia Virgilius non potest (univocè sumtâ voce) stare pro pluribus personis. Et sic quoq; ὁ λόγος s. Filius non est apud λόγον seu Filium. Error Photinianorum ex eò provenit, quod DEUM ut unicam solam personam considerent, quò fundamentò ex sacris literis destructò, etiam labetur collectio, Vid. Gerhard. LL. Com. de Deo. Keslerus Metaphys. Photin. Sect. 3. Princip. 1.*

§. XV.

Sicut igitur Verbum Substantiale ab æterno à Patre modo ineffabili genitum hîc intelligitur: ita & in V. T. à DEO Ter Optimo Maximo per Prophetas viros Θεοπνεύστis prædictum, & in N. T. per Apostolos Θεοδιδάκτis declaratum, verbum in plenitudine temporis carnem assumpturum. Dicta occurrunt utrobique plurima, unum atque alterum saltem proferemus.

§. XVI.

Primum sumimus ex Cap. IX. 6. Jesa. qui Evangelista, teste
Augu-

Augustin. lib. XVIII. de civitate DEI cap. 29. potius, quam Propheta & quibusdam dictus fuit. Intelligit autem Hieronym. in Epist. ad Paulin. PARVULUS NATUS EST NOBIS &c. Notandum hic 1. de Messia sermonem fieri, deque eodem Filio nobis dato, cujus mentio Job. III. 16. (supposito, Prophetam de futuris loqui in tempore præterito ob summam certitudinem) 2. Constat ex distinctis nominibus Pueri & Filii. 3. Ipsis prædicatis de illo Puer & Filio, quæ & illum esse verum DEUM solidissimè confirmant.

§. XVII.

Nos duos cum primis titulos urgemus, nempe quod vocatur 1. DEVS. 2. Pater æternitatis in Hebræo est הוה , quod in genere notat robustum & potentem, sed absolutè positum vel cum addito eminentiore divino E. C. Esa. X. 20. imò in tali, qualis hic est positum, tum ratione nominis additi, tum accentuationis ratione, semper veri & naturæ DEI nomen est: Conferatur quoq; Jer. XXXII. 18. Notandum sanè, quod Messias non tantum הוה , sed & הוה אביר Deus fortis vocetur, ut verus & omnipotens, non aliquis nuncupativus æstimetur DEUS. Deinde appellatur אביר אביר Pater æternitatis, quò nomine salva, quæ formaliter, ipsa in voce Ebræâ, notatur benevolentia paterna, innuitur, cum æterna ipsius generatio sive duratio, tum seculorum productio. Jam qui non tantum æternus, sed etiam Pater æternitatis est, cum sanè verum naturæ Deum esse oportet.

§. XVIII.

II. Suppeditat Mich. cap. V. 1. & Tu Bethlehem &c. De Messia hic tantum agi, constat primariò ex scopo & evidentia textus, quem nec aliter intellectum tempore Messie nostri, constat ex responso totius Synedrii Magni Hierosolym. Matth. Cap. II. 6. Cujus exprimitur patria, quæ vocatur Bethlehem. 2. ponitur singulare nomen Messie, dum vocatur הוה , quem non nisi Messiam intelligendum agnovit jam olim Paraphrasta, clarissimè de Messia interpretatus, quin & consensus posteriorum Rabbinorum de Filio Davidis explicantium. 3. describitur nativitas temporalis per Verbum egrediendi, quod sæpè idem est ac nasci. Gen. XV. 4. 2. Sam. VII. 12. Tandem 4. innuitur æterna nativitas & vera Deitas Messie, per verba; egressus ejus ab initio à diebus æternitatis.

§. XIX.

Egressus ille æternus duobus describitur vocabulis. 1. à quondam, ad antiquo. In fonte est קדמ, quod vocabulum, quamvis pro cæto & definito initio temporis sæpe sumatur: non rarò tamen æternitatem notat, imò semper, in plena tali, qualis hîc est, constructione. confer. Haba. I. 12. 2. A diebus seculi; לעל tres habet significationes. 1. sumitur pro duratione longa; 2. pro duratione mundi 3. pro duratione principio & fine carente ut hîc locò: Hebræi enim, cum æternitatis nomina non adeò habeant propria, vocabibus קדמ & לעל ad eam significandam utuntur confer. etiam Petr. Galatin. de Arcan. Cathol. veritat. lib. II. c. 5.

§. XX.

Ex N. T. desumimus Tertium, & quidem ex Epistola Colof. II. 9. In ipso habitat &c. In hoc dicto singula verba consideranda. 1. pronomine ἐν αὐτῷ respicitur non ad doctrinam Christi, ut volunt Photiniani: sed ad Personam Christi respectu illius naturæ, quæ in eadem persona poterat esse habitaculum, inhabitantis omnis plenitudinis deitatis, & adeò ad solam humanam. 2. per vocabulum κατοικῆσαι &c. continuata innuitur mansio. 3. Exprimit: ipsū inhabitans πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος i. e. perfectissima & plenissima Deitas τοῦ λόγου. 4. Modus inhabitationis describitur adverbio κατοικησῶς, quò innuitur 1. Veritas, 2. Personalitas. Quid hîc excipiant, Photiniani vid. apud Stecman. Antiphotin. D. Feuerbor. Antioftherod. D. Meisner. Christolog.

§. XXI.

Ceterùm non Deus Pater, neque Spiritus Sanctus, sed Filius æternus subjectum incarnationis esse voluit, cujus quidem consilii cœlestis, salvâ illius imperscrutabili eminentiâ, rationes reverenter notamus; scilicet, ut 1. qui est in Deitate Dei Patris Filius, fieret, in homine, Matris hominum Filius, ne duo crederentur Filii. 2. Ut, qui est media persona in sancta Trinitate fieret Mediator Dei & hominum. 3. ut, qui est λόγος & verbum substantiale Dei Patris; Verbum & voluntatem divinam de nostri reconciliatione nobis revelaret. 4. ut ille, per quem Deus Pater (non quidem, ut per instrumentum separatum, sed tanquam per consubstantialem sibi Filium & virtutem

hypo-

hypostaticam. (Tilenus in Notis ad lib. I. Bellarm. cap. IX.) nos in initio creaverat, nos etiam lapsos recrearet, & sic ejusdem esset ἀνακτίσειν, cujus fuerat κτίσειν Athanas. ad Epictet. Ejusdem esset ἀνάπλασις, cujus fuerat πλάσις, & idem humanam naturam lapsam reficeret, qui illam in principio ad sui imaginem fecerat. Item: ex Genes. c. I. 26. 27. & Coloss. I. 15. 5. Ut nos, qui eramus filii iræ, adoptionem Filiorum Dei reciperemus. Quæ causæ, licet cum sacris literis concordent & consolationis plenissimæ sint, semper tamen illis addenda est divina βουλή beneplacitum & decretum Dei. Adoranda namque Trinitas misericorditer voluit & decrevit, solum Dei Patris æternum Filium fieri pro nobis hominem. In hoc Dei consilio in sacris literis nobis patefacto piè sanctèque nobis acquiescendum est, D. Meisner. Christolog. disputat. 3. D. Feuerb. Syntagmat. II. dissert. XIV.

§. XXII.

Quamvis autem ipse solus Filius Dei incarnatus sit: non tamen Deus Pater & Spiritus Sanctus desuit Majestate, quod Augustinus, quò doctiorem inter Latinos Patres inveniri Bellarm. lib. de Monach. cap. V. negat; præclare dilucidat Tom. X. sermon. III. pag. 858. Filius Verbum caro factum est, non Pater, non Spiritus Sanctus sed carnem Filii tota Trinitas fecit. Inseparabilia enim sunt opera Trinitatis. Breviter: Opus est totius Trinitatis efficienter & inchoative, quin etiam sub ratione principii activi complete, (neque enim saltim formatio: sed & ipsa unitio actus S. S. Trinitatis est) Pater enim dat Filium suum Joh. III. 34. Act. X. 38. Heb. I. 9, Solius tamen Filii formaliter & terminative. Hebr. II. 14. per substantiam, quæ est illi propria, ut loquitur Becan. cap. IV. de Incarnatione. Quæst. I. Unde Lombard. Magister sententiarum lib. III. distinct. V. §. I. ex concilio Toletano Canone VI. inquit: Solum verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & cum tota Trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen Filius accepit hominem in singularitatem Personæ, non in unitatem divine nature.

§. XXIII.

Scholastici declarant illud similitudine trium puellarum, quæ junctæ unam vestem texunt, sed eam uni tantum adaptant. Ubi

actio formandi & exterius induendi est quidem omnibus commu-
nis, non tamen omnes, sed una tantum induitur, quia hæc actio,
non in tribus, sed in una ex tribus terminatur. Quam similitudi-
nem valde claudicantem nostram non facimus, nec ultra rudem,
quandam & inadæquatam adumbrationem habemus.

§. XXIV.

Obijciunt hinc nonnulli: *Opera Trinitatis ad extra sunt in-
divisa, & omnibus personis communia. Incarnatio est opus Trinitatis ad
extra, Ergo toti Trinitati communis.* Respondetur: *Opera Trini-
tatis ad extra alia sunt immanentia, alia emanantia. Illa in Objectum
extra Deum quidem positum tendunt, non tamen extra Deum,
sed in Deo ac intra Deitatis sinum peraguntur. Hæc Objectum ex-
tra intimum essentia Dei complexum positum respiciunt, & ex-
tra illum peracta effectum sic in illo ipso Objecto positum relin-
quunt. Suntque ea vel essentialia, omnibus Trinitatis personis
communis, vel personalia, quæ Uni certæ personæ per appropria-
tionem οἰκονομικὴν competunt. Hujusmodi est assumptio huma-
nitatis in λόγος ὑπόστασις terminativè spectata, ratione formalis re-
lationis & terminationis. B. D. Gerhard. LL. Comm. hoc loc. D. Kö-
nig Theol. Positiv. B. D. Feuerborn. fascicul. III. Disputat. IV.*

§. XXV.

Filium Dei quando incarnatum dicimus, non cum *Danco in
Exam. Chemnic. nec cum Sohnio in Articul. III. August. Confess.* intelli-
gimus solam ejus ὑπόστασις absque Deitate, sive divinam naturam: neque
divinam naturam sive Deitatem præcisam hypostasi: sed naturam divinam
hypostatico Verbi caractere insignitam, humanam naturam unitam
esse firmiter credimus. Nam persona ἡ λόγος ab ejusdem natura non
ita segregari potest, ut illa quidem humanam credatur hypostaticè
juncta, hæc vero non. Quod vel ipsi cætetoqui hic Adversarii ultrò
agnoscere coguntur, dum in Christo duas naturas confitentur.
confer *Harm: confess. Fid. Art. de Jesu Christo, Ursin. part. 1. κατηχ.
pag. 443.* Sed nec in his prædicationibus: e. c. *Verbum caro factum est
Filius Dei crucifixus est*, sive tropus, sive merè verbalis prædicandi
modus est, si καὶ τὸ πρῶτον intelligantur, prout voluit Beza præf. ad
Act. p. 18. *ibid. art. de perf. Christi p. 168. conf. orth. conf. ref. præf.
Apol. p. 18.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Objiciunt hic *PatriPasciani*, qui totam Trinitatem incarnatam & Patrem quoq; passum esse adferunt; *Tota divina natura est incarnata, tota natura divina idem est, quod personæ Trinitatis Ergo hæc omnes sunt incarnatæ.*

§. XXVII.

Respondetur 1. ad *Formam*; sunt enim *Quatuor Termini* in hoc Syllogismo. 2. ad *materiam*; *Dupliciter* scilicet *Natura Divina* consideratur. 1. *absolute & simpliciter* prout omnibus tribus Personis Trinitatis communis est, & hoc respectu eam incarnatam esse non dicimus. 2. *Relate* certò caractere hypostatico characterisata, ut *Excellentiss.* Dn D. *Musæus Theol. Jenens. Præceptor ac Patronus noster honorandus* in collegio *Antisociniano* loqui solebat, & vel *natura gignens vel genita*, vel *procedens* intelligitur. Et hoc modò rectè dicimus, naturam divinam caractere hypostatico *γεννησίας* insignitam, esse incarnatam, quæ *ipsissimus Dei Filius* est. Hinc *Damascenus* rectè dicit, *totam naturam divinam in una suarum hypostaseon incarnatam esse; & licet tota sit incarnata, non tamen ὁλικῶς totaliter est incarnata, quia incarnata est, quatenus in Filio est, non quatenus in Patre & S. sancto.* Hæc de subjecto.

CAPUT II.

DE

PRÆDICATO. I.

§. I.

Quod λέγει⁹ verus & æternus DEUS, verus etiam homo factus, veramque humanam naturam assumerit, id *Johannes* per phrasin *ὁμοῦ ἐγένετο* exprimit, quò designatur, 1. *Natura assumpta*, scilicet *ὁμοῦ*. i. e. *natura humana* singularis seu individua propriâ personalitate destituta. 2. *Modus per verbum ἐγένετο* scilicet Non 1. per *σύγχυσιν*, (ut frustra nostris *Eutychianismus* toties à *Beza* objiciatur conf. l. sup. alleg.) vel per *μεταβολήν*, sed per *ἐπίληψιν & μετέχην* vid. *Ebræ. II. 14.* 6. quam sequi-

sequitur κατόικησιν illa' ad Coloss. II. 9. & aded per unionem non essentialem, non accidentalem: sed Personalem.

§. II.

Socinus, qui incarnationem pro anili fabula cum Smalcio & reliquis Sociennis habet Defens. animadvers. p. 18. per carnem contemptibilem Christi statum intelligit. Satius esse credimus, inquit, si carnis vocabulum ad humilitatem & infirmitatem, quæ in JESU CHRISTI cruce maxime conspecta est significandum à Johanne usurpatum fuisse dicatur. Smalcius Reser. Thes. D. Franzii pag. 64.

§. III.

De varia hujus vocis significatione vid. Flaci. in clav. Script. hæc você. Famosiores sunt, quando vel 1. Metaphoricè pro natura hominis corrupta, confer Joh. III. 6. Rom. VIII. 7. vel 2. κυρίως pro parte essentiali, formæ contradistinctâ, sive integritate tota, vid. Ebr. XII. 9. sive Semiperfecta, scilicet carne ossibus contradistincta Luc. XXIV. 39. vel Συνεχδοχικῶς pro toto homine sensu concretivo Gen. VI. 12. Psalm LXXV. 3. 1. Joh. IV. 12. supponitur. Quomodo hæc loco vocem σαρκός à Johanne accipi tum 1. ex prædicatis sequentibus, tum 2. inde quod in scriptura & Homo 1. Tim. II. 5. & Filius Hominis Matth. VIII. 20. Filius Mariæ Marc. VI. 3. Et non sola vera carne seu corpore Math. XIV. 25. 26. Luc. XXIV. 39. Joh. II. 20. Sed & Animâ sensitivâ & Rationali Matth. XX. 28. XXVI. 38. ipsâque aded voluntate humanâ confer. Joh. V. 30. Matth. XXVI. 39. constare dicitur. Aliud est si quærat, quare hoc loco Caro potius quàm homo nominetur? quod non saltim in mente Sancti Spiritus factum ἐλεγχτικῶς ad confutandos Docitas, velut quorum dephantasmate saltim Corporis, & inani simulacro delirium, etiam antequam fuit, Spiritui sancto obscurum esse non potuit: sed & Διδασκαλικῶς, ad exaggerandum Φιλανθρωπίως & inclinantis se ad nostram miseriam divinæ Majestatis & bonitatis, citra ullam tamen diminutionem ejus, beneficium, quod omninò reverenter agnoscimus. Confer Philipp II. 7. Rom. VIII. 3. Ebr. IV. 15. ut aded respectus in vocabulo carnis secundarius & accidentarius fuerit ad exinanitionem, & tamen etiam positâ in exaltatione servi formâ, manserit nihilominus ὁ λόγος σαρκός, & ipsa σαρκὸς λόγος

vcl

vel *ἀγροῦ* *Ἰεῖου*. *Præcisè* autem 1. Caro non est *Contemptibilis* *hominis* *status*, quia hic humanitatis tanquam subjecti assumptionem supponit, & *ejus visa est Gloria* v. 14. 2. Non *persona humana*, obstat enim personæ in Christo unitas, quia etiam postquam verbum caro factum, est *unus Christus* *Ephes. IV. 5.* & *Dominus* vid. 2. *Cor. VIII. 6.* *unus Mediator* 1. *Tim. II. 6.* qualem personalitatem non potuit dare humanitas Divinitati, sed divinitas humanitati. Non 3. nudum *Schema*. Non 4. *Solum Corpus humanum*: sed *humana natura* in *Concreto*, ut Scholastici loquuntur, ipse scil. homo per Synecdochē Caro appellatus, ad significandam naturæ in se consideratæ *ἀνωμασίας*, differentiam à Spiritu, & phantasmate, humilitatem, Consanguinitatem *Psal. LVI. 5.* *Esaï. XL. 3.* cap. *XLIX. 26* *Joel. II. 26.* *Luc. III. 6.* *Rom. III. 20.* *B. D. Menzer. Anti; Martin. p. 226.* *D. Danbarr. ΧΕΨΦ. pag. 38.*

§. IV.

Ob *ἕσσεως* *φύλαγμα* adducit Christoph. Ostorod. in *Instit: German.* cap. XVIII. p. 100. 101. aliquot Scripturæ loca, in quibus significatio ab ipsis tradita locum habeat. Das *Word Fleisch* / inquit, heisset nicht schlecht einen Menschen in *H. Schrifte* / sondern einen verworffenen und verachteten Menschen / und welcher derhalben der Verfolgung / dem Elend / dem schmälichen Todte unterworfen war. Den daß / das *Word Fleisch* in heilliger Schrifte sonderlich von Christo und seiner Gläubigen also genommen werde / beweiset unter andern der Ort zum *Ebr. II. 14.* da also geschrieben stehet. Weil die Kinder &c. besiehe diese örter *Psal. LXXXVIII. 39.* *Esaï. XXXI. 3.*

§. V.

Respond. Præterquam quod ad *Ebr. II. 14.* ab Adversariis petitur principium, ipsumque Argumentum est à particulari, neque in his neque in aliis Scripturæ locis *Caro in Abstracto solum infirmitatem & humanam Mortalitatem* designat. Nec etiam eandem assumere, aut participare potuisset *Filius DEI æternus*, nisi verè homo factus esset, ac humanam naturam assumsisset. Deinde emergit hinc otiosa & ridicula *ἔνδοξα*. Homo vilis & contemptibilis est factus homo vilis & contemptibilis, omnisque gloriæ expertus: Sic Ostorod. pugnabit cum ipso Johanne vers. eodem inquit

C

inquirente. Et vidimus Gloriam ejus (Ἰς λόγος incarnati) gloriam
(ergò gloriæ non fuit omninò vacuum) velut unigeniti à patre.
Quare propositio hæc ὁ λόγος ὁ ἀρχὴ ἐγένετο, non primò & im-
mediate est descriptio passionis & crucifixionis Christi (quam ta-
men consequenter respicit) sed incarnationis Filii DEI. Dn. D. Ca-
lov. *Socinism. proflig.* p. 278. B. D. Feuerborn, *fascic. dissert.* III. disp. V.

§. VI.

Ut sudes in oculis Photinianorum hoc dictum est: Ita
nefandùm in modum istud corrumpunt. *Socin. defens. animadv.*
p. 114. *Smalc. homil.* 8. *super Jnit. Cap. I. Johan.* p. 86. & 99. hæc
scribit: *Posse Johannes verba sic exponi. Verbum erat vel fuit Caro.*
Quia verbum græcum ἐγένετο non tantùm significet factus est, sed &
erat, sive fuit: sicut usurpatur Johan. I. 6. Marc. I. 4. Luc. I. 5.
XXIV. 19. Rom. XI. 34. Suamque explicationem nititur hòc ar-
gumento probare; quia rectius ea congruat cum antecedentibus &
consequentibus Evangelistæ verbis, quàm nostra. Siquidem in Antece-
dentibus ipse disserat de eo tempore, quo Christus jam tùm fuisset na-
tus, & sic verus homo extiterit, adeòque Evangelistæ prædicavit.
Exindeque elicit pag. 100. non sine ociosa τὰ ἑξῆς per phra-
sin hanc ὁ λόγος & c. intelligi posse, Verbum demum factum
esse Carnem.

§. VII.

Respond. Verbum ἦν ὁ λόγος primò & propriè significat fieri,
& deinde etiam esse; quomodo etiam hòc loco habendùm est
ἦν Syror. Confer. *Luc. I. 35.* Quodque ἐγένετο hìc notet fa-
ctus est, probatur. I. à συνῆξις textus. Nam vers: 1. dixerat E-
vangelista, λόγος fuisse in principio nempe creationis, non prædicatio-
nis; quia omnia per ipsùm facta sunt v. 3. cùm quo Confer: *Gen. I.*
Psal. XXXIII. 6. Ephes. III. 9. Colof. I. 16. Describit ergò ibi
ὁ λόγος nondum hominem factum. In initio enim creationis
nondum ὁ λόγος fuit incarnatus, sed missus demum fuit in ple-
nitudine temporis *Gal. IV. 4.* Falsum itaque est *essatum Smalcii*, quod
ea omnia que v. 1. 2. & 3. Johannes dicat, loquantur de eo tempore,
quo ὁ λόγος jam tùm homo factus fuerit. Et si enim v. 10. 11. 12.
Sermo

Sermo Evangelista sit de *λόγῳ* incarnato; non tamen in omnibus & singulis antecessis versiculis ipse de eo incarnato loquitur, ut supra probatum est. Sicut ergo Johannes in antecedentibus versiculis descriperat *ὁ λόγος ἄσχετος*; Ita v. 14 ostendit, quod ipse non manserit expertus Carnis, sed Caro factus sit, nempe per (non transmutationem vel confusionem) *Ἐπίληψεν καὶ ἐνωσιν ἑαυτοῦ σαρκῶς*. 2. A proprio & vero *λόγῳ* significatu. Non enim notat eum, qui essentialiter & naturaliter homo est, sed illum qui jam tum existens DEUS, & apud Patrem, inque ejus sinu, ut unigenitus ipsius filius v. 1. 2. 14. 18. manifestavit se generi humano & factus est Caro 14. missusque in similitudine carnis peccati Rom. VIII. 3. Quia ergo *ὁ λόγος* ab æterno extitit ut supra §. VI. Cap. I demonstratum (nam Virtus patris & Sapiencia est 1. Cor. I. 24. quam ipse ab æterno possedit Proverb. VIII. 22. & quia est verus DEUS Joh. I. 20. idē æterna potentia & Deitas ei detrahi recte nequit) & verò ab æterno non fuit factus homo, hinc aliquo tempore incēpit fieri homo. Quare *ἐγένετο* indicat ortum, hoc est, ostendit quod *ὁ λόγος* factus sit caro, non quidem, ut supra monitum per transmutationem, ut ex aqua factum vinum: obstat enim *κοινωνία* Ebr. II. 14. Non per *ἐπίληψιν* s. assumptionem alicujus extrinseci adherentis accidentaliter (quo sensu Aaron factus à DEO Pontifex, aut Angeli assumsere corpora) obstat enim insinuata *πέχνησις* Coloss. II. 9. quæ nec permittit, ut humana natura adjunctum *λόγου* (prout voluit Goclen. part. 1. probl. Log. 40.) dici possit sed per assumptionem in hypostasin *λόγῳ*. Unde Ignatius Johannes Discipulus in Epist. ad Phil. ex hoc loco educit quod Filius DEI verè sit *ἐκ σαρκὸς γεννητός* B. D. Hülsemann. breviar. Theolog. p. 153. DN. D. Calov. l. c. B. D. Danhavv. l. c.

§. VIII.

Hæc expendens Lombard. lib. III. Sent. distinct. 4. lit. D. inquit: Quæri potest cum nos Salvatorem natum profiteamur, cur Evangelista & Apostolus eum factum, factum ex muliere Gal. IV. 4. dicant? Cum aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid ergo significavit hoc dicto. Quia enim non ex humano semine concreta est caro Domini

in utero virginis, & corpus effecta, sed effectu & virtute Spiritus S. ideo dicit Apostolus factum non Natum. Aliud enim est non permixtione, sed virtute procreare. Aliud est semine admixto & Sanguine coagulato generare. Possunt etiam homines generare filios: sed non facere. Ecce quare dicit Evangelista factum, & non natum, ne eius Nativitas quæ fuit sine virili semine, nostræ similitudo putaretur, quæ conficitur seminum permixtione. Quæ quidem Lombardi partim, & salvò illo quod habetur in symbolo, qui conceptus est de Spiritu Sancto, Natus ex Maria Virgine, probamus, partim improbamus: Cum Christus non solum dicatur γενόμενος ἐκ γυναικὸς seu factus ex muliere Gal. IV. 4. [quomodo & ibidem Syrus legit, eòdem usus verbo, quo usus Joh. I. 14. & Chrysostomus licet haud desint Codd. qui legant γενόμενον ἐκ γυναικὸς, quod noster Lutherus expressit Geböhren von einem Weibe) sed & γενόμενος seu natus, nec saltem in Maria Math. I. 20. sed & ex Maria ibid. 16. Luc. I. 35.

§. IX.

Voluit autem Spiritus Sanctus ἐνοσίχμησιν sive incarnationem, ut Augustin: lib. X. de Civ. DEI cap. 24. & 29. Ambros. in cap. 23. Luc. (quæ à Damascen. Lib. III. cap. 13. Inhumanatio prout jam in Epist. ad Ignat. ad Antiochen. vocatur ἐνανθρώπησις καὶ ἐσωμάτωσις. Ab Hilario in prolog. super Psalmos Corporatio. Ab Augustin. Epistol. 3. ad Velus. Gregorio Nazianz. oratione Panegyrica in Christi Nativitat: Mixtura admirabilis vocatur) illam ex hoc loco Johann. nominat, per Phrasin αἰρῆ ἐγενεῖθ describere, ut ostenderet λόγον veram substantiam carnis in Mariæ utero ex obumbratione Spiritus Sancti assumisisse; (quam Saturninus, Basilides, Cerdoniani, Marcionitæ, Manichæi negarunt, cum tamen ὁ ἀπεθόλησεν ἀφ' ἐξουθεν) & in unitate personæ inter homines habitasse. Obiter saltim hic notamus occasione termini Mixturæ, etiam ætate Augustini, illum, minùs commode huic mysterio à plurimis adhibitum fuisse, quod nec ipse Augustin: l. c. dissimulat, cui ceteroqui usus illius familiaris fuit.

CAPUT

CAPUT III.
DE
HABITATIONE INTER
HOMIN.

§. I.

PRædicatum i. de λόγῳ in v. 14. fuit ἐσαρκώσις seu quod Verbum Caro factum sit: Secundum est σκηνώσις ἐν ἡμῖν seu habitatio quadam durabilis inter homines, cujus σκηνώσεως subiectum jam est λόγῳ σαρκὶ γινόμενον seu Verbum Caro factum. Respectum pulcherrimi vocabuli tum *Grammaticum*, tum *Theologicum* jucundissimè colligere licet ex collatione hujus σκηνώσεως, tum cum σκηνώσει *Mystica* divina in V. T. vel hujus sacrario, confer. *Exod.* XL. 35. *Num.* IX. 29. *I. Reg.* VIII. 10. II. tum cum *faturo* post consummatum beatitudinem in cælo Beatorum. Confer. *Apoc.* VII. 15. & *Inprimis* cap. XXI. 3. 4. *Formalis* tamen respectus hujus σκηνώσεως est ad *Visibilem & familiarem conversationem verbi incarnati*, de quâ confer. *Johan. Epist.* I. c. I. Licet *virtualiter* haud excludatur σκηνώσις illa *spiritualis* Christi in cordibus credentium *Ephe.* III. 17. II. *Cor.* VI. 16. quin nec desit hodie, etsi invisibili modo σκηνώσις totius *θεουθρόπης* non solum in *Ecclesia Triumphante*: sed & *militante*. confer. *Apoc.* II. 1. quæ fundatur in promissione, *Matth.* XVIII. 21.

§. II.

Dictum §. ult. cap. præc. Christum humanam naturam assumisse, quia λόγῳ ἀσάρκῳ eò modo quo ἐισαρκῶσθαι minimè cū hominibus conversari, & eos sic redimere potuisset, propter spiritualitatem, & inde consequentem Invisibilitatem, impassibilitatem &c. Volumus ergò modum ἐισαρκώσεως, præfulgente *Scriptura luce* (specialissimum enim eminentissimo mysterio religiose submittimus) hîc perlustrare: Cujus notandum *principium* *verum Activum, tum passivum*.

SECTIO I.
DE
PRINCIPIO ACTIVO.

Prinzipium hoc est vel *Commune* Tota sacro: Sancta & Individua Trinitas. Vel *speciale* Spiritus Sanctus, qui apud inftar è roseto Virginis mel, (separato veneno) exsuxit, ut loquitur B. D. Danhavver. *Χριστοφ. Sect. 1. art. I.* Consideramus verò hic principium *sub ratione formali principii tantum*, ut tamen non negemus Incarnationem consideratam in sensu composito, ratione principii & terminis simul, soli *λόγῳ* seu Filio, non Patri non Spiritui S. competere. Quin & hoc ipso non negamus incarnationem consideratam ratione *Oeconomiae salutis nostrae*, tum *πρωτεύως*, tum *ἀκροτελευτικῶς* Jer. XXIII. 5. Gal. IV. 4. 5. tum *οικονομικῶς* Joh. III. 16. Rom. VIII. 32. Deo patri peculiariter quoque competere. Ceterum hic agitur de sola Formatione Carnis *ἢ λόγῳ*. De qua supra sententiam nostram expressimus.

ARTICULUS I.
DE
PRINCIPIO COMMUNI.

§. I.

Cum Carnis assumendae formatio opus sit purè externum, ideo toti Trinitati propter essentiae *ταυτότητα* identitatem & mutuam respectum commune est. Juxta *Augustini* dictum. *Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa*; in *Enchir. cap. XXXVIII. Lib. 1. de Trinit. cap. IV. & VIII. lib. II. C. 1. 2. lib. XIII. II.* Diserte etiam facer Codex *trium* meminit *personarum*. Luc. I. 35. 1. *Patri*, nomine *Altissimi* 2. *Filii* qui per *ἡΓΙΟΥ* virtus *Altissimi* ab Angelo appellatur. 3. *Spiritus Sancti* *ἁγίου* juxta *Damasc. interpr. lib. de O. F. C. 2. Ruffin. in exposit. Symb. Vide cooperantem simplicem Trinitatem*
Spiri-

Spiritus S. venire dicitur, & virtus Altissimi obumbrare. Quis est autem Virtus Altissimi? Nisi ipse Christus, qui est DEI virtus & potentia DEI, Cujus hæc est virtus? Altissimi. Adest ergo Altissimus. Adest virtus Altissimi; Adest Spiritus Sanctus.

§. II.

Nomen Altissimi Ebr. יְהוָה DEO Patri sapius in scriptura attribui nemo negabit. Major controversia de Virtute Altissimi, quæ diversis in scriptura modis accipitur; præcipuè verò tribus.

§. III.

I. Ενεργητικῶς vel *Effectivè*, quò sensu notat vim quandam divinam, extra Deum certis rebus additam, ad peculiare effectus producendos, qualis Virtus est in Sanctis, quæ nominatur virtus Spiritus S. Act. 1. 8. quò sensu etiam de Evangelio scribitur Rom. 1. 16. quod sit δύναμις θεῶν virtus DEI in salutem omni credenti, ἔστω δὲ , *Essentialiter*, prout notat infinitam DEI in ipso DEI potentiam & virtutem, secundum quam potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus aut intelligimus. Ephes. 1. 11. 20. 11. Cor. XII. 9. 3. ἰσχυροτικῶς *personaliter*, quò pacto denotat certam Trinitatis personam, & quidem tum *Secundam*, tum *Tertiam*; Filius DEI vocatur DEI virtus, quoniam à patre genitus est ab eterno, non secus ac *primogenitus* appellatur in Scripturis *prima virtus* & *Fortitudo parentis* Gen. XLIX. 3. Deutr. XXI. 17. Spiritus sanctus appellatur *virtus DEI*, nimirum Patris & Filii, qui sunt unum Joh. X. 30. quoniam ab utroque procedit.

§. IV.

Jam quando ad Mariam Angelus inquit: Virtus Altissimi inumbrabit te, quæritur. Quid per illam δύναμις ὑψίστη sit intelligendum? Non diffitemur equidem nonnullos de ipsa *insuita* & *essentiâ* DEI potentia omnibus personis communi exponere, quam etiam *singulariter* in Mariæ utero operatam esse nulli dubitamus. Sunt insuper non pauci, qui *personaliter* accipiunt de Spiritu S. per cujus singularem obumbrationem & extraordinariam actionem sine virili semine concepit Maria. Nihil erronei hæc expositiones continent. Interim tamen *nec ineptum aut ἀλόγιον* videri debet, si ex-

Exponatur de ipso DEI Filio secunda Trinitatis persona que verè virtus Altissimi est I. Cor. I. 24. Theophylactus super cap. I. Luc. Bernhard. Tom. I. p. 41. in tempore descendit in uterum Mariæ, ac ineffabili modo in illo carnem nostram assumpsit, obumbrando scilicet virginem. In Græco est *Ἰσκιάζει* quod Syrus vertit *יבד* Obteget, cujus verb. Emphasis non minor est quàm illius. Radix enim est *יבד* in significatione obumbrandi velut in *Thalamo*, vel in *Horto*, ut ad eò pulcherrime hinc ad *Thalamum sanctæ Virginis uterinum & Hortum illum* in quo effloruit *Rosa Aaronis, Liliū Convall.* quin & respectus ad ipsas nuptias Agni, propter quas & ipsi Apostoli appellantur *filiū Thalami*, Matth IX. 15. inculcari posset.

§. V.

In V. T. adhibetur ad describendam *singularem DEI præsentiam*, tum *gratiosam* Deuter. XXXIII 12. Der HERR wird über ihm halten / tum *Majestaticam* Exod. XL. 35. *Ἰσκιάζει ἐν τῷ ἁγίῳ*. Die Herrlichkeit erfüllet die Wohnung. Pro defensione nonnunquam sumitur *Psal. XCI. 4. CXL 8. Eccles. VII. 13.* In N. T. legimus de *Obumbratione Nubis lucidæ in transfiguratione Christi* *Math. XVII. 5. Marc. LX. 7. Luc. IX. 34.* sic *Actor. V. 15.* dicitur de Petro, quod ante faciem ejus in plateis posuerint infirmos, ut *umbra ejus Ἰσκιάζει ἐν τῷ ἁγίῳ*. Unde apparet verbum inumbrandi si *proprie* & de rebus creatis usurpetur, notare externam umbræ asperisionem. Sin *Metaphoricè* & de DEO, importare *peculiarem manifestationem, præsentem protectionem, & singularem impletionem* ejus rei, quæ à DEO inumbratur. Non secus atque *Tabernaculum & Templum* sua gloria implevit Dominus. Sic *Filius DEI* ab æterno genitus in plenitudine temporis verè accrepsit, ipsa descendit in Mariæ uterum, quem propterea dicitur inumbrasse, non ad extra & quandam Virtutis umbram aspergendo, sed potius *ab intra & singulariter* replendo, dum ex ejus castissimis Sanguinis guttis naturam humanam assumpsit, simul tamen *inviolatam sanctissimæ Matris virginitatem* servavit.

§. VI.

Liquidissimè etiã (vid. sup §. 4.) ex ritu Judæorum hinc *Ἰσκιάζει* exponi potest de *solennitate Nuptiali*. Elias in *Thubi* explicans vocem *יבד*. *Vestis est* inquit: *sive velum quod super Caput Sponsi ac Sponsæ*

sponsæ IV. virginis seu vellibus suspenditur, quando fit desponsatio, & sub eo velo sponsæ annulum porrigi, testatur David de pomis. in diction. voc. ⲓⲛⲓⲛⲓ. Hæc fortassis illa pallii pinna inquit B. D. Danhavv. Ϡⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ p. 32. de qua Ruth. III. 9. Vestimenti ala de qua Ezech. XVI. 7. umbra Cant. II. 3. ⲛⲁⲉⲓⲛⲓ Psalm. XIX. 6. Ergo Virtus Altissimi obumbravit tibi. Id est in te, in tuo utero tanquam sub Chuppa filius DEI tuo se semine desponsabit.

§. VII.

Ambros: De iis qui in iustis. cap. III. Augustin. lib. I. Homil. homil. 44. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 3. illud egregie illustrant. Sicut umbra Corporis opaci protegit à solis ardore: Ita virtus DEI obumbravit Virginem dum concepit, ne ardor concupiscentiæ, qui modo naturali in seminis tempore conceptionis solet excitari eam tangeret. Umbra non aliter exprimitur nisi per lumen & Corpus, idè Virtus Altissimi dicitur obumbrasse Virgini, quia in ejus utero lux incorporea corpus sumsit. Pii VV. huc accommodant dictum Habac. III. 3. DEUS ab Austro veniet & Sanctus de Monte Pharan, sive umbroso.

§. VIII.

Hæc explicatio de Christo probari potest. 1. Ex verborum proprietate & ⲟⲩⲛⲃⲣⲁⲓⲛⲓ 2. Ex Scopo Angeli. 3. ex Distinctis Angeli locutionibz vid. Bed. Homil. de Annun. B. D. Gerhard. exeg. pag. 1224. Meisner. brev. Consid. Theol. Photin cap. 4. Christolog. disput. IV. th. 20. B. D. Feuerb. fascic. III. disput. VII. th. 7. seqq. B. D. Danhavv. ⲟⲩⲛⲃⲣⲁⲓⲛⲓ. Phan. VIII.

ARTICULUS II.

DE

PRINCIPIO SPECIALI.

§. I.

Quamvis multa sint externa opera, quæ omnibus personis competunt, uni tamen singulariter tribuitur. Sic *Formatio carnis* & ⲁⲓⲟⲩⲛⲓ licet à rota Trinitate sit peracta; nihilo tamen minùs adsignatur præcipuè Spiritui Sancto, non quidem ⲟⲩⲛⲃⲣⲁⲓⲛⲓ hoc est Materialiter, ac si ex substantia Spiritus Sancti con-

D

cticon-

Si conceptus fuisset: sed *διμνηστικῶς* Damasc. lib. III. de O. F. c. 2. i. e. Effectivè & per operationem attribuitur. Luc. I. 35. Matth. I. 18. 20. Symbol. Nicen. Incarnatus est de Spiritu Sancto.

§. II.

Hæc autem ideò putamus fieri, quia Spiritus S. adveniens uterum Mariæ secundavit, sanguinem segregavit, segregatum purificavit & sanctificavit (quod proprium Spiritus S. Rom. I. 4.) ut ab omni labe peccati immunis esset. Animam Christi ex Anima B. Virginis propagavit, corpusque elaboravit, ut tamen inter hos actus nullum omnino temporis intervallum vel cogitandum vel fingendum fiet. Nam Angelo nunciante & Spiritu S. adveniente, mox fuit verbum in utero, mox intra uterum verbi Caro ut B. Gregor. lib. XVIII. Moral. cap. XX. loquitur. Caro illa concipiendo assumpta, assumendo concepta, concipiendo assumendoque λόγῳ fuit unita. Simul caro, simul Dei verbi Caro inquit: August. serm. 17. de Nativ. Filius Dei construxit sibi carnem animatam non per additamenta, sed uno contextu absolutum. Damasc. lib. III. c. 2. & ex eo Lombard. lib. III. distinct. 2. lit. C. Et nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.

§. III.

Disputatum hæcenus: An formatio fœtus intra uterum in momento absoluta, num successione quâdam perfecta sit? Scholastici ex Thron. part. III. q. 33. art. 1. inter preparationem materiæ, & formationem Corporis distinguunt, & illam successivè perfectam fuisse affirmant. Verum ut consuetus & ordinarius formationis in utero modus omnis momentaneus, est, id quod Clariss. naturæ perscrutatores probatum dederunt. vid. B. D. Sennert & Clar. Sperling. passim: Ita & hic consensu patrum momentaneam fuisse, hæc distinctione additâ, inter formationem inchoatam & consummatam, quoad quantitativam membrorum accretionem, asserimus. B. D. Gerhard. exeg. pag. 1234. D. Danbadv. 281500Φ. p. 39.

§. IV.

Sicut autem in prima Creatione Spiritus Sanctus incubabat aquis, easque secundabat Gen. I. 2, quali *Παλῶσσι* nostræ præest generationi; quali supervenit Apostolis Actor. I. 8. hoc est miraculosa: Ita & tali in secunda creatione virginem ad concipiendum secundam reddidit.

§. V. Quæstio

§. V.

Quemadmodum etiam in prima Creatione DEUS aquas
divisit ab aquis, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firma-
mentum: Gen. I. 6 7. Ita & Spiritus S. quasdam sanguinis guttulas
Mariæ, ex qua *Œ*ternus sibi constructurus erat templum,
ab aliis segregavit. Quoniam etiam ut reliqui homines omnes, ita
& Maria in peccatis concepta & nata erat, *Job. III. 5. Job. XIV. 4.*
Psal. LI. 7. Luc. I. 43. Job. II. 3. Act. I. 14. (Licet id *Franciscani* ne-
gent, quos sequitur *ambros. Cathar. in tract. de immac. concept. virg.*
Perer. Diss. VI in cap. III. Rom. Svarez. in Thom. p. 3. q. 27. art. 1. Bel-
larm. lib. IV. de anis. grat. cap. 15. Jodocus; Clichtov. qui peculiare
scriptum de hac materiâ edidit. Quibus omnibus contradicunt
Dominicani Johann. de Turrecremat. Cardinal. Lombard: 3. sent. distinct:
3. A. Gloss. in c. pronunc. 3. de consecrat. distinct. 3. in voce Nativit Tho-
mas Ales. Bonavent. Cajetanus Dominicus à Bannes. unde & Bellarm:
loc. cit. fatetur, non haberi hoc apud Catholicos pro re certâ, exploratâ
& fide catholicâ tenenda. vid. Gerv. LL. Comm. de peccat.) Ided ab omni
peccati labe ac tæbe massam illam purgavit, & defectum seminis vi-
rilis divina sua operatione supplevit *Luc. I. 35* ut ita Christus nobis
per omnia similis fieret, solò exceptò peccatò *Ebr. IV. 25.*

§. VI.

At Christus fuit in lumbis Adæ, ergò etiam reatus imputa-
tioni, perinde ut Adamigenæ erit obnoxius. Respond: Hoc Argum.
contra *Molin* prolixè tractat *Arnold. Corym. in Censur. Anatom. Armin.*
cap. VII. p. 110. seqq. Nos negamus Christum fuisse in Adamo cum
peccaret, prout alii virtute naturali sub concursu DEI ordinario
ex Adamo nascituri, qui omnes & soli fuerunt in Adamo tunc peccante;
seu quod idem est negamus Adamum quæ peccatorem fuisse patrem
Christi. 1. Quia *Christus secundum Humanitatem, & Dominium Legis*
obtinet, & ipse nos redemit ab execratione legis, pro nobis factus
sub lege; Ergò extra talem vicariam imputationem non fuit sub
lege *Gal. II. 13. 14. IV. 45. Marc. II. ult. 2. Non fuit in lumbis Adæ ex*
necessitate Naturæ; sed supposito decreto DEI irrevocabili, ex promif-
sione, hoc est: Nisi DEUS promissionem fecisset, primis parenti-
bus, de futurò semine Mulieris, contriturò caput serpentis, in-
hunc mundum non fuisset natus. Quod contra Osiandrist: & Pho-

sin. notandum Gravv: disput: Illustr: Gerhard. LL. Comm. de Christo.
Danhavv: ἐδοκῶφ. p. 614. Kromeyer. Theolog: posit: polem: p. 205.

§. VIII.

Vetus ille Hæreticorum ex hoc loco paralogismus est:
ἄνθρωπος factus est Caro, ergò non assumpsit Animam. Contra prout
alibi Christo tribuitur Anima absque mentione Carnis, & tamen non
negatur Caro: Ita hoc loco licet Christo tribuatur Caro, non ne-
gatur Anima; sane sola materia non constituit hominem, forma Ani-
ma Rationalis tanquam nobilior hominis pars accedat necesse est.
Materia à Spiritu S. preparata & sanctificata, Anima ex B. Mariæ
virginis anima instar luminis à lumine accenditur & propagatur.
Ἀψυχοι majore numero verum Corpus Christi agnoscentes, par-
tim omnem, partim solam Animam Rationalem negabant, cum
Anima vegetans & sensitiva Christum præditum affirmarent, Anima
verò Rationali destitutum, divinitatem loco Animæ fuisse dispu-
tarunt, ut Apollinar: & ipsius affecta. Anabaptista amplectentes opi-
nionem Valentinianorum de carne Christi coelitus delata, & per
uterum Mariæ instar aquæ per canalem transeunte Photiniani, hypo-
thesi tam sanguinis Mariæ, quàm Materiæ à Deo ad Corpus Christi gignen-
dum allatæ, veram Animam Rationalem consequenter negant.

§. IIX.

Martinius lib: II. de Christo tract. I. c. 12. Animam Christi
immediate creatam adserit. Bellarm: lib: IV. de stat: peccat: cap. XI. mi-
rabiliter inspiratam Animam Christo à DEO defendit. Origen. lib: I.
de princip: cap. 7. Rabbin, & nuperrimè quidam Belga, cujus scripti
ecopia videndi mihi concedebatur à perquam Reverendo & Excellen-
tissimo Domino D. J. A. Scherzero Theologo Lipsiensi, præceptore Pa-
tronis & Evergetæ patris instar mihi devenerando; Animam in principio
statim creatam & deinde in corpus detrusam esse pugnant.

§. IX.

Sed uti reliquorum hominum Animæ per traducem pro-
pagantur, ita & Animam Christi originem suam accepisse ab Ani-
mæ Mariæ dicimus, cum extra scripturam miracula fingere religio
nobis sit. vid. B. D. Gerhard. LL. Comm: de Imag. D. E. I. B. D. Meisn:
Philos. sobr: part. I. B. Sperling: de Origin. animæ & passim in scrip. suis.

§. X. Chri-

§. X.

Christus homo à Spiritu Sancto in utero B. Virginis formatus, magna probabilitate statuitur fuisse pulcherrimus. Quod temperamenti vigor, oris gratia, temperantia in vultu testatur, & ex parte probare videntur loca Psalm. XLV. 3. Luc. IV. 22. Depingit Christum Nicephor. lib. I. cap. 20. sed Historicus cui tutò non fidas. Quanquam de capillis longioribus & quidem subannellatis & leniter intortis minus dubitare velit Salmasius in Epist. super I. Cor. XI. pag. 85. In omniq. ait: Roma Christianis vetustis monumentis, qualia multa suggerit liber italicus inscriptus Roma subterranea, videntur Coma proluxa, in fronte discriminata, ac per genas descendens intorta, sed leniter D. Danbrv. ὁδοῦ Φ. Φαυοῦ VIII.

§. XI.

Porro propter hanc conceptionem ἁγία non dicitur Filius Spiritus S. quoniam ex illo (quod Augustin agnovit explicatu difficile Enchirid. Cap. 33) dicitur conceptus. Ut Eutyhiani Suenfeldiani & Photiniani insaniunt. Vorstius scribit, S. Sanctum in Christo homine formando seminis viri, sicut ipsius viri vicem supplevisse, neque quicquam in hac generatione Christi, præter actionem & semen viri defuisse. Rectè ergò Augustin. l. c. quis dicere audebit Christum Spiritus Sancti Filium esse, quod eum Spiritus Sanctus tanquam Pater ejus de Matre Virgine genuerit, cum hoc ita sit absurdum, ut nullæ fidelium aures id valeant suslinere.

§. XII.

In scriptura sacra etiam nullibi ita vocatur. Divus Paulus docet, quod Christus secundam humanitatem sit ἀπάρτος, sicuti secundum divinitatem ἀμήττος. Duo etiam h. m. Patres essent in S. S. Trinitate, & Deus homo factus duos habuisset Patres, unum divinitatis, alterum humanitatis, quod ἀθεόδοξον docente Alcuino lib. III. de Trin. cap. 3 particula ἐκ Matth. l. 18. 20. non materiam, ut nonnullos quosdam opinatos fuisse prodidit Hieronym. sed causam efficientem, sive vim & operationem designat. Rectè Justinus Martyr. Apol. II. pro Christian. conceptus est ἐκ ἀσυνουσίας, ἀλλὰ ἐκ δυνάμεως τὴν παρθέρον ἐγκύμονα κατέσχευε. Non per concubitum, sed per virtutem virginem reddidit gravidam. Hæc de principio activo.

D 3

SECTIO

SECTIO II.
DE
PRINCIPIO PASSIVO.

§. I.

Prinzipium passivum est *Maria* Virgo ex domo Davidis oriunda, in cujus utero conceptus est *Jesus*. De ejus *divina* *Collyridiana* conficta *nativitate*, *educatione in sancto Sanctorum*, *virginitatis voto*, copiosè aduersus *Baronium* disputat *Casaubonus* *exercitat. I. ad Apparat: Annal. c. XV. §. 15, 17, 18, 20, 21, 22, 24.* Nos de ejusdem *statu*, quousque *scriptura* ducit, pauca subjungemur.

§. II.

An hoc nomen veter. Judæorum, qui Mariam antecesserant, præsciverint? suo id relinquimus loco. *Galat:* qui à quibusdam audit compilerator *Martini Raymundi* ut indicat *Buxtorff*, præfat *Lex. Talmud.* vel ut *Cristophor. Cartwrightus* *Annot in Genes p. 155.* testatur, sua ex *porcheto* transtulisse *lib. VII. de Arcan. C. V. cap: 12 13.* probare conatur autoritate *Rabbi Haccados*, qui *revelationem Arcanor:* scripsit, ubi ipsis nomen quoq; *Patris Mariæ* notū fuisse ex *Cabbala* argutatur.

§. III.

Statu *Maria* fuit *virgo pura & intacta, desponsata.* Prius requirebat 1. *Mysterii ratio.* Quid enim magis admirabile, quam quod *virgo*, *Filium* concipit, *incorrupta virginitate.* 2. *Nec novo homini* alius nisi *novus concipiendi & nascendi modus* conveniebat. *Primus homo Adam* ex nullo alio homine natus, sed à Deo *immediate* creatus est. *Secundus. Eva* non ex foemina, sed solo viro formata est. *Tertius.* Reliqui homines omnes ex viro & foemina *naturaliter* progenerantur. *Quartus* restabat *modus ex foemina sine viro*, qui solius est *Christi*, *novus modus novi hominis*, *quartus & ultimus* *modus* in quarta & ultima ætate patefactus. *Ignat: in Epist ad Hieron. Chrysoftom: Homil: 49. in Genes: Bernhard. Homil. 2. de Annunt: Zanch: lib: 2. de Incarn: Filii Dei cap. 3. Quæst: 4. pag: 68. Martin. lib. 2. de Christo tract. 1. c. 8. p. 542.*

§. IV.

3. Ut impleretur *vaticinium Jer: XXXI. 22.* Locus variis alijs interpretationum *stabilis* ventilatus, ad *liquidum* tamen

tamen accuratè redactus, judicante D. Danbauey l. c. à D^o Dorsh. dissertat, de peccat. ex quo hæc pauca notentur. 1. Per **קבר** non necessario totum sexum, sed etiam semineum Individuum notari ex Gen: I. 27. Vb. 19. Levit: XII. 5. XXVII. 4. & quidem Individuum etiam Virgineum Num. XXXI. 15. 2. **טו** ut generale est, ita ex circumstantiis totius contextus, de quibus l. c. Thesi XIX. sequentibus agit; de ulterino complexu commodè explicari posse ac debere. Egregius locus est Exod: XXVIII. 12. XXXIX. 11. ubi de gemmis auri ocellaturis ambitus usurpatur. Jam Christus infans preciosa margarita rore celesti fecundatus est, in utero Matris, tanquam Concha conceptus est. 3. **טו** **קבר** non solum tribui viris adultis, sed & infantibus Job. III. 2. & in Chaldaic: paraph: Onkelos Gen. IV. 1. sed etiam de Christo infante Heroe necessario dicendum ex Esa. IX. 5. De cætero vid. Esa. VII. 14. Ezeih. XLIV. 1. Dan. II. 34. Augustin: Tract. IX. in Johann. Iren. lib. III. c. 28. Lutherus in Cantico: *Als die Sonn durchscheinet das Glas. &c.*

§ V.

4. Ut lapsui responderet reparatio. Per Mulierem & quidem virginem peccandi factum ex exordium I. Tim. II. 14. per virginem igitur, peccatorum quoque venire debebat remedium. Tertull. in lib. de carne Christi. Augustin. sermon. 13. de Nativit. Chrysolog. de Annun.

§ VI.

Virginitatem salvam & incorruptam retinuit, non tantum in conceptione & partu, sed etiam post partum; de priori ambigui nequit. Posterius licet manifestis scripturæ testimoniis non fulciatur, pium tamen est credere, cum sacris literis minimè repugnet; etiam ex sacris literis satis elici possit.

§ VII.

Hæc probè notanda sunt contra hostes **ἀσμιδης**, tum extra Ecclesiæ Pomæria constitutos, ut sunt *Judæi*, qui execrandâ malitia nomen **מרי** (quod quidam inter Christianos à radi. **מר** Altus, elevatus fuit; quidam à **מר** amarus acerbus fuit, ita ut Maria dicta sit quasi amara ob dolorum acerbicatem, quos pertulit. Schindl. in Lexic. penteglor: p. 1715. Chytra refert quosdam Veter. Doctricem populi interpretatos esse à **מר** & **ע**. Hieron. in onomast. Theolog. p. 510. serm. Syre Dominam sonare vult. à radi. Syr.

Syr. N7D unde illud I. Cor. XVI, 22, deductum putat $\mu\alpha\epsilon\gamma\acute{\iota}\nu\ \acute{\alpha}\gamma\omega\acute{\iota}$ quasi Dominus venit, scil. ad Judicium; Nonnulli à 7D quod est *stilla* sive *gutta* & 7D *mare* quasi dicta sit *stilla maris*) depravant in 7D77 & eam præterea (*vah scelus!*) 7D77 pollutam 7D7D *impuram* & 7D77 *scortum* vocare solent. Buxtorf: *Lexic. Tablin:* p. 1088. Tum *intra Ecclesiæ fines* positos, ut sunt *Antimarita* sive *Antidicomarianita*. *Cerinthus* ante partum cum *Josepho*, *Helvidius* post partum concubuisse volunt. Contra quem rectè cum *Hieronymo Tom: 2. adversus Helvid: pag: 13.* D. dicimus: *Natum esse Deam per genitalia virginis, credimus, quia legimus; Mariam autem post partum cum Josepho concubuisse aut filios ex ipso sustulisse, non credimus, quia non legimus.* *Basil: in Concion: in Sanct. Nativ. Dom. pag. 249.* *Ambros. Tom. 1. in insir: origin. cap. V. VI. seqq.* quod & contra *Becanum in Manual. Cathol. lib. I. cap. 2. §. 22 pag. 39.* observandum est.

§. VIII.

Josepho autem hæc *Virgo* fuit *desponsata* *Luc. I. 27. Matth: I. 18.* Factum id adserunt *patres tùm Christi, tùm Matris, tùm nostri causâ.*

§. IX.

Christi, ne *Nothus* & *illegitimè* prognatus ab *infidelibus* proclamaretur. 2. Ut *ejus Genealogia* ex putatitii *Patris* genere melius innotesceret. 3. Ut *nutricium, curatorem* & *Patrem*, non quidem *naturæ*, sed *curæ* in ætate *infantili* haberet. Tandem, ut *partus virginis diabolum lateret*, quâ ratione *Patres* non pauci utuntur *Orig. in Luc. Theophyl. in Matth. Bernhard. Hom. 3. in Vigil. Nativ.* Eam tamen plerique rejiciunt. *Alucens. Quest III. in Matth. Cap. I. Sicotus in 3. sententiarum distinct. 30. Quest. 2. cit: B. Meisp. 281507. disp. 24.*

§. X.

Matris, ut 1. *ipsum famæ* & *saluti* consuleretur, ne pro adultera habita ad supplicium traheretur. 2. ut haberet *curatorem in fuga.* *Bernhard Hom 2. super missus* est. & 3. *Testem* cujus conversatione *ipsum pudicitia* comprobaretur.

§. XI.

Nostri causâ 1. ut *fides* nostra de *nativitate Christi* stabiliretur. *Joseph*, enim *procul* omne *dubium* eam reliquisset, si de *ejus virgi-*

virginitate dubitasset. 2. ut ostenderetur tùm *statum virginitatis*, tùm *conjugii placere*. 3. ut *modus reparationis* responderet lapsus modo, qui originem ex virgine conjugata traxit. 4. *Christi mater sponsa queritur*, ut *Ecclesia sponsa Christi signetur*. Hose. II. 19. Chrysol. ser. mon. 146. Basil. Tom. I. Homil. in sancti Christi. Nativit. pag: 248. Ambros: Tom. 5. lib: 2. Comment. in Luc. I. pag. 16.

§. XII.

At cur Filius Dei ab Apostolo Galat: IV. 4. 5. dicitur factus ex Muliere? Respondetur. Apostolus vocem *mulieris* posuit pro *Virgine*. Quia 1. voluit *Hebraizare* sive *Idiotismò Sacrae linguae* uti, in qua vox מַלְאָכָה notat *puram virginem*, & sic est *nomen differentiam sexus*, & neutiquam *privationem virginitatis* insinuans. vid. Gen. XXIV. 5. nec immeritò; deducitur enim ab וִיר *vir* quia ex viri costa formata est. Gen. II. 22. unde Græcè dicitur $\alpha\upsilon\delta\pi\iota\varsigma$ ab $\alpha\upsilon\eta\gamma\epsilon$ & German. *Mennin*. Hæc origo veræ etiam & *illibatae* competit virgini. *Eva enim non virgo nupta, sed innupta & illibata à Deo creata*. Unde *Augustin*. Tom. 3. lib. 2. de Trin: cap. 5. pag. 263. postquam citasset verba Pauli: *Misit Filium factum ex Muliere*. Quò nomine inquit: *Quis catholicus nesciat, non eum privationem virginitatis, sed differentiam sexus, Hebræò loquendi modò, significare voluisse*. Et Tom: IV. in Comment. super. Epist. ad Galat. pag. 1240. ait: *Mulierem pro femina posuit more locutionis Ebraeorum*. Non enim, quia de Eva dictum est Gen. II. 22. *formavit eam in mulierem* (מַלְאָכָה) jam *passa erat concubitus viri, quos non scribitur passa, nisi cum dimissi erant de Paradiso &c*. Hinc & *JCTUS* l. 13. ff. de V. S. ait: *mulieris adpellatione etiam Virgo viripotens continetur*. 2. Quia voluit *clare & sonore ostendere, quod respiciat promissionem*: Gen. III. 15. ubi dicitur: *Mesias, semen Mulieris*. Luth. super cap. IV. ad Gal: pag. 3. II. edit: Witteberg. in 8vo. Feuerborn: fascic. 5. disputat. 5.

§. XIII.

Quod si & *de loco & de tempore* aliquid scire desideramus, ubi & quando δ $\lambda\omicron\gamma\textcircled{C}$ *caro factus*, locus tùm *generalis* sive *communis* tùm *proprius* considerandus erit.

§. XIV.

Generalis est *Nazareth*, locus in vili habitus, ut colligere liceet ex *Johan* I. 46. Hinc per contemptum *Galilæi Nazareni* dicti *Johan*

E

han

han. VII. 52. *Act. XXIV. 5.* quanquam id nomen Evangelista *Matthæus* inter argumenta *Jesum esse Messiam*, computarit. *cap. II. 23.* quæ de speciali loco *camerâ scilicet & cubiculô B. Virginis Lauresum trans portato* fabulosè protulit post alios *Cæsar Baronius subleſus annalium conditor*, ea *Clariff. Dn. Bernegg: in Hypobolim: D. Mariæ θεοτοκος camera doctiffimè in pudorem dedit.* Ad proprium & immediatum concepti infantis locum accedimus, qui est uterus. Is fuit *εργαστήριον ἐν ᾧ ἐνομήσθητο ὁ λόγος τὴν σάρκα* ut *Proclus Archiepiscop: Constantin:* loquitur. In quo, ejusdem verba sunt, *Communitatis libertatis syngrapha confecta; in cujus arvo atque sulcus Natura colonus sine viri semine ortus est.* *B. D. Danbarr. Christoph: pag. 40.*

§. XV.

Tempus etiam, tanquam alterum incarnationis adjunctum non est silentii peplo involvendum. Id vocatur *Gal. IV. 4. τὸ πλήρες μὲν & χρόνος*, completum tempus, quod præfinitum fuerat à Deo Patre, quando mitteret Filium, sicut hîc inquit. *Ambros.* Hæc plenitudo variè fuit à Spiritu Sancto expressa, nempe per dies posteriores. *Gen. XLIX. 10. Mich. IV. 1.* annos benevolentia sive beneplaciti *Eja. LXI. 2.* Tempus acceptum & dies salutis. *II. Cor. VI. 1.* A *Daniele cap. IX. & Hagg II.* descriptus. Quando igitur plenitudo temporis à Deo præstituti venit, hoc est, fuit exacta & elapsa, omniaque ejus temporis spatia & intervalla decurrerunt, tùm Deus Pater emisit Filium suum. De die, hoc unum dicere possumus: *Non liquet. Nescire, ea quæ Magister maximus docere non vult, erudita inscitia est.* *Humanitatis* etiam est, quædam æquò animò nescire velle. *Scal. In sext. Januarii* plures olim Ecclesiæ diem *Epiphaniæ* conjecere, quem *Romana* postea in *25. Decembr.* mutavit: quo de argumento prolixè *Casaubonus in Dissert: de Epiphaniæ, contra Baron: exercitat. II. pag. 137. seqq.* Atque hinc conceptionis diem in *8. Calend. April.* Omnia ex levi fundamento, imò falsò *Zachariæ Pontificali ingressu in Sanctum Sanctorum. Joseph: Scaliger* historiarum filium secutus proprius à vero abfuit, cum ex successione ordinum sacerdotialium, tempus concepti *Messia* conjicit in annum *M. M. M. CXLVII. Mens. Januar: initium Nativitatis* consequenter diem in *Septembre.* Sed quia hypothesis nititur adhuc incertis, de quibus *Calixt. in Concord. IV. Evangelist.* ideo repetimus **NON LIQUET** *vid. interea Meisner. Christolog.*

log: disputat. 27. B. Danhavv. l. c. pag: 41. Sitauch: Breviar. Chronolog. p. 1067. De ipso momento solliciti fuere nonnulli. Quos inter Damascen: subscribi cenfet B. D. Gerhard. Exeg. pag. 2236. qui μετ' την συγκαταθέσιν παρ' ἡμῶν conceptionem factam contendit lib. III. de O. F. cap. 2. ὅτι συντέλεσεν τὰς λόγους.

§. XVI.

Potuisset quidem Filius Dei illico post lapsum incarnari: sed id factum putatur 1. ut homines cum diuturnioribus malis conflictati, magis agnoscerent infirmitatem suam naturam & ad Medicum clamarent. Notitia enim peccati est initium salutis. 2. Ut prius exercerentur in fide promissionum de futuro Messia. 3. Ut Deus homines assuefaceret ad suos mores, qui cum morâ plerumque conjuncti. 4. Ut ab imperfectione Legis ad perfectionem Evangelii iraduceret. Et tandem 5. Ut ob longam expectationem plaris fieret adventus Messie & redemptionis beneficium. Quamvis εὐδοκίαν & προφῆτιαν hinc præprimis agnoscere debeamus. Quia causam voluntatis divine in his & similibus, juxta Augustin! lib. II. de Genes. contr. Manich. cap. 2. frustra quæramus, cum voluntas Dei sit omnium causa. Bernhard: serm. I. de Advent. Dom. Tom. I. pag. 5. piè & egregiè de tempore hoc loquitur, quem audiamus. Verè tunc advesperascebat & inclinata erat jam dies, recesserat paulò minus sol justitiæ, ita, ut exiguus nimis splendor ejus aut talor esset in terris. Nam & lux divine notitiæ parva admodum erat, & abundante iniquitate fervor refriguerat charitatis. Jam non adparebat Angelus, non Prophetæ, cessabant velut desperatione victi, præ nimia utique duritie hominum & obstinatione. At Ego (ait Filius) tunc dixi: Ecce venio. Sic dum medium silentium tenerent omnia; & mox in suo cursu iter perageret, omnipotens verbum tuum Domine à Regalibus sedibus venit. Opportunè iam advenit æternitas, quando magis temporalitas prævalebat.

§. XVII.

Et ita quidem Verbum Caro Factum est seu λόγος & verus Homo factus, verè carnem seu naturam humanam, etsi non personam humanam assumpsit, undè jam post ἐνοσάρκωσιν Verbum & Caro personaliter unita sunt; sic, ut realissima detur naturum & operationum communio, ipsorumque Idiomatum communicatio, nec ullibi λόγος extra carnem, cui non minus ἀδιαστάτως ἀχωρείσθαι

ἢ ἀδιαιρέτως, quàm ἀσυγχύτως ἢ ἀτρέπτως est unito (equaliter
 n. verba sunt Patrum Concilii sexti & Divisionis naturarum & commissio-
 nis detestatur blasphemiam) ipsa quippe caro Christi in ἕνωσις ἔ
 λόγος subsistens tam verè ad Trinitatis consortium pertinet, quam ipsa
 ἕνωσις ἔ λόγος, & inde utrumq; & verbum & caro in unitate
 personæ adoranda est, quò nomine nunc saltim in ipsa clausula ad-
 dimus duos Anathematismos Cyrilli & Concilii Ephesini. Unum, si quis
 non confitetur carni secundum subsistentiam unius Dei Patris verbum,
 unumque esse Christum cum carne, eundem simul Deum & hominem
 Anathema sit: & alterum, si quis dicere presumerit, assumptum homi-
 nem coadorari oportere Dei verbo & conglorificari tanquam alterum cum
 altero, & non potius unà adoratione honorat Immanuel, & unam ei
 glorificationem coaptat, secundum quod verbum caro factum est Anathe-
 ma sit: sed & illum concilii Oecumenici V. si quis non confitetur unita-
 tem Dei verbi ad carnem animatam, animâ rationali, secundum subsi-
 stentiam factam, & propterea unam eius subsistentiam, qui est Dominus
 noster Jesus Christus, unus de Sanctâ Trinitate, Tali Anathema sit.

CAPUT ULTIMUM DE FINE INCARNATIONIS.

§. I.

VT omnia nostri causâ, sic incarnatio Christi propter nos & no-
 stram salutem facta est. Minimè hîc Φιλανθρωπίαν & glo-
 riam Dei excludimus, sed potius gratô animô illam venera-
 mur: Lex requirit perfectam obedientiam. At verò hæc perfectio
 deest nobis. Concipimur in peccatis, & materiam vitiosam tra-
 himus ex Parentibus. Ut igitur impura conceptio tegetur coram
 Deo, Christus sine peccato conceptus nostri locô satisfecit legi, quia
 nos sanctè & sine peccato concipi debuimus.

§. II.

Consistit quidem Christi meritum & satisfactio in agendo &
 patiendo, quorum illud *activam*, hoc *passivam* obedientiam nominare
 solent;

solent. Non tamen ob id penitus excludi debet *sanctitas Christo inherens*, in qua est conceptus, quippe quae non tantum est necessaria qualitas personae Mediatoris, sed una concurrat ad illam perfectissimam obedientiam, quam Lex à nobis requirit, solus autem Christus pro nobis praestitit.

§. III.

Quare licet *θεωσφρωσι* non nisi sancta Conceptio conveniret, tamen prout Christus propter Nos conceptus, ita & propter nos Sanctus & sine peccato conceptus est, ut ita istius sanctitatis immundities tum parentum gignentium, tum liberorum conceptorum tegetetur. Hunc finem innuere videtur Apostol. Ebr. X. 5. & de illo prolixè disserit Augustin: Factus DEUS pro nobis homo, ut nos fieremus DEI. Meisner. *Χριστο*. Disput. 3. & 4.

§. IV.

Fines ob quos Salvatorem nostrum DEUM ac Hominem esse oportuit, varii sunt collecti à D. Gerhard. exeg. p. 1152. seqq. quae nos illibata relinquimus. Hoc saltem notantes Colophonis loco: An dicere liceat; *Caro Verbum factum est*, sicut dicimus: *Verbum Caro factum est*? Negat id Damascen. lib. III. de O. F. c. 2. & *ὁ ἄνθρωπος διὰ θεοῦ γέννηται λέγομεν, ἀλλὰ θεὸν ἐνανθρωπήσαντα*. Quia persona verbi ait: B. D. Chemnit. de duabus Naturis in Christi: cap. XIV. pag. 93. Non assumpsit personam Hominis, sed Naturam hominis: Item, quia natura divina est assumens, humana vero natura non est assumens, sed assumpta: Inde rectè quidem dicitur DEUS factus homo, non autem ita propriè dicitur; Homo factus est DEUS. Haec verba Chemniti nostra nunc facimus, et post Incarnationis definitionem ex ante dictis fluentem, quod scilicet sit.

F 3

Actio

Actio Divina est, quâ λόγος æter-
nus DEI filius, carnem, sive huma-
nam Naturam integram & Sanctam,
ex superventione Spiritus Sancti in
tuero Virginis Mariæ formatam, in
unitatem suæ *ὑπόστασεως* indistanter & in-
separabiliter sine confusione assu-
sit, atque ita verus homo factus, ut
nos salvaret, & immundam no-
stram conceptionem sanctifi-
caret;

dicimus

תהלה לאת

SOLI DEO GLORIAM.



Ad Reverendum & Clarissimum DN. Can-
didatum, cum pro Licentiâ obtinendi summos in
Theologiâ honores publicè disputaturus esset, prid.
Id. Decembr. exeuntis anni O. R. cl^o 1761.

Votivum

Trochaicum Tetrametrum.

AD sacrum solemne carmen CANDIDATUS
expetis.

Scriberem: sed impeditus occupationibus

Carminis nihil politi pollicerier queo

Et ΔΟΓΩΣ *Caro ille factus* omne supra carmen est.

Cernis ut Regi Sionis porticus nunc personet

Psallat *altitudo cœli*, psallat omnis Angelus

Quicquid est virtutis usquam psallat in laudem Dei

Nulla linguarum fiescat vox & omnis consonet.

Ergo vota condo sanctis supplicationibus

Quem Dei sonas Parentis, Virginisq; Filium

Gloriæ prolem supremæ maximiq; Numinis

Quem colis Patrem Patrisq; Filiiq; Spiritum.

Pectoris devotione teste supplex invoco

Ille det sibi sacros, igneosq; Spiritus

Et laboribus ferendis robur ille suggerat

Ut decus per Te potentis augeatur Numinis

Scilicet dat omne sancti plenitudo Spiritus

Hic movens urensq; flammis igneos Apostolos

Reddi-

Reddidit, fecitq; linguâ nationum plurimâ
Ferre sanguinis triumphos & tropæa gentibus
Mittit hic purum docentes fulgidos Antitistes
Hic latens verum expeditum reddit à caligine
Hic piorum fortis umbo, stator est cadentium
Ille te, JOHANN-GEORGI veritatis Spiritus
Afflet, adspiret, gubernet sanctiore flamine.
Quod *Salana, Lipsiensis*, vovit, hoc vovet *Rosa*.
Esto VERI cura prima, PACIS esto proxima.
Nulla Vero te moveto, nulla te fallentium
Nec Sophistarum dolosa svada blandientium.
Sumis ut cœlo favente, muneris duplex decus
Adde sic, potes quod, adde, muneri duplex decus.
Demagis semper verere præsidem veriDeum
Quo datur mox temperante mitior cœli status,
Qui DEO non fidus, ille fidus haut est Principi.

*Honori & amori erga DN, Candidatum Convi-
ctorem jucundissimum quod debuit*

L. M. 2.

Augustus Varenius.





Ad Reverendum & Clarissimum

didatum, cum pro Licentiâ obtinendâ

Theologiâ honores publicè disputaturus

Id. Decembr. exeuntis anni O. R. clb 1

Votivum

Trochaicum Tetrametr

AD sacrum solemne carmen CAN
expetis.

Scriberem: sed impeditus occupatio

Carminis nihil politi pollicerier quod

Et Δ O I O Σ Caro ille factus omne su

Cernis ut Regi Sionis porticus nunc pe

Pfallat altitudo cœli, pfallat omnis Ang

Quicquid est virtutis usquam pfallat in

Nulla linguarum fiescat vox & omnis o

Ergo vota condo sanctis supplicationib

Quem Dei sonas Parentis, Virginisq;

Gloriæ prolem supremæ maximiq;

Quem colis Patrem Patrisq; Filiiq; Sp

Pectoris devotione teste supplex in


Ille det sibi sacratos, igneosq; Spirit

Et laboribus ferendis robur ille sug

Ut decus per Te potentis augeatur d

Scilicet dat omne sancti plenitudo Sp

Hic movens urensq; flammis igneos



the scale towards document